si dixeris iniquo & non se auerterit ab iniquitate & uia sua. iniquus
ille in sua iniquitate morietur. & tu animam tuam liberabis. Hoc si facit
exit inde. non separatione corporis. sed defensione operis sui. Facit enim
iste quod faciendum fuit. & iam si ille non obtemperauit cui obtemperan
dum fuit. Hoc est. exire inde. Clamauit ista moyses. clamauit esaias.
clamauit hieremias. clamauit ezechiel. Uideamus si hoc ipsi fecerunt. si
dimiserunt populum di. & se ad gentes alias transtulerunt. Quam multa
& quam uehementer hieremias increpauit in peccatores & sceleratos popu
li. inter eos tamen erat. Unum cum illis templum intrabat eadem sacra
menta celebrabat. In ea hominum sceleratorum congregatione uiuebat.
sed clamando exiebat inde. Hoc est exire inde. hoc est inmundum non
tangere & uoluntate non consentire & ore non parcere. Quid dicam de
hieremia. de esaia. de daniel. de ezechiel. de ceteris prophetis qui non re
cesserunt a populo malo ne desererent bonos. Illi populo conmixtos.
ubi & ipsi tales esse potuerunt. Moyses ipse fratres. cum acciperet legem
in monte populus deorsum idolum fecit. populus di populus ductus ce
dentib; fluctibus rubri maris. qui sequentes inimicos obruerant. post tan
ta signa & miracula in egyptiorum plagis ad mortem. & sua protectione ad
salutem. tamen idolum poposcit. idolum extorsit. idolum fecit. idolum adora
uit. idolo sacrificauit. Indicat ds famulo suo populi factum. et dicit
eos se deleturum a facie sua. Intercedit moyses. ad ipsum populum rediturus
& habuit occasionem recedendi et exeundi ab eis. sicut isti intellegunt ne inmun
dum tangeret. ne cum talib; uiueret. Non fecit tamen. & ne forte hoc ne
cessitate potius quam caritate fecisse uideretur. Obtulit illi ds alium populum.
Faciam te inquit in magnam gentem. ut illos deleret. At ille non accepit. coheret
peccatoribus. Et orat pro peccatorib; & quomodo orat. magna probatio dilec
tionis frs. Quomodo orat. uidete illam de qua saepe locuti sumus mater
nam quodammodo caritatem. cum ds minaretur sacrilego populo. pia moysi
uiscera tremuerunt. opposuit se pro ipsis iracundiae di. Dne inquit si di
mittis eis peccatum. dimitte. Sin autem. dele me de libro tuo. Quam pa
ternis maternisque uiscerib; quam securus hoc dixerit adtendens iustitiam
& misericordiam di. ut quia iustus est. non perderet iustum quia miseri
cors. ignosceret peccatoribus certe manifestum est iam prudentiae nrae
quomodo accipienda sint omnia talia testimonia scripturarum. ut quan
do scriptura sonat recedere nos debere a malis. non aliud intellegere iubea
mur. nisi ut corde recedamus. ne mauis malum in separatione bonorum

Karlsruhe LB. Aug. CXLIII. f. 56r